Epistola 179. IOHANNI COCCEIO IOHANNES HIPSTETUS.

S. P. Vir admodum Rev. et Clariss. Fautor plurimùm honorande.
Importunus forem, si quoties animo tecum sum, toties verbis, tecum
literis, te compellare vellem; ingratus aut minimum verecundus, si num-
quam vellem. Tentationis ac turbae nuncium ipse tuleram, aequum fuit, ut
consolationis ac concessae divinitus quietis ipse nuncius sim. Decretum mihi
ab Amplis. Senatu professionem Oratoriam nuperrimus meis tibi significabam;
eandem sisco jamdudum collatam cum Oratoria et Historiae ac Graecae Linguae pro-
fessionem renuncio; M. Schildio ea loco Professione Theol. doctorato. Oratio-
nem inauguralem solennissimè subii ipsis Cal. decemb.; De nobili Eloquentia
ministerio. Postridie cum acceptassem functionem, Rectoratu Casellii in loc
D. Curtz mihi offerebatur mediante salario duo. imp. Nus etiam Dn. Warnerus
Cone mihi significabat, Kav. Dn. Valerium ipsi scripsisse, functionem istam
apud Principes Neoburg. mihi patere, quod indicare mihi noluerit, ante in-
troductionem, ne illam fortè patriae ferrem. Dei factum ego omnia sic
intelligo, etiam tum cum maximè ab illo deserti me credebam; et no-
luit, ut tuo maximè sortatu in patriam dirigerer, quam deo signabat, ego
semper fugiebam; cujus additum mille difficultatibus, satanas mihi obstruxerat:
quas superasse me vix credere poteram, etiam tum cum superaveram. Certe
laboriosi animo ad ephemeron vivisse supplicium, quam Bremam iturum; ubi
etiam illa quae videbam et audiebam me credere adhuc poteram. Alibi rejectum
a deo, ita ineptum mundo me aestimabam. Interea sacra summè cunctabar
corpore, quod mox fortuita medicina ab ingenti copia bilis flava libe-
rabat. Jam planè per dei gratiam restitutus ex morte et inferno intimo, ad
lucem et vitam postliminio reversus sum. Sine vanitate tibi dico, quod ut
vix psalmi isti lamentatorii satis verbis mihi suppeditabant ad exprimendas
animi angustias; ita Eucharistici vix sufficientes gratitudinis terminos
subministrant. Verissimè in me impletè credas quod Job. 33. v. 14. seq. Etiam
recensent. Jam per dei gratiam ita ex voto cessit; nec splendidius unctionis
quippiam hac mea conditione desidero. Patria statim dn. fratri
literas, quae fasce tibi ferunt, sine dubio edocebunt. Die 20. mensis currentis
barum inscr. Senatorium transturrim speculatorem (wartner) publica-
vit Fecialis, quae intra moenia admissi ita ex improviso, uti ille
advolarat legatis Oldenburgicis, non poterat, ne forte orirentur
tumultus in plebe. Iderum aquos rerum judices, paritione
pronta Senatus et concessione telonii, fulmen illud a nostris tectis
averterunt opinatores. Heri ostendi dn. Fratri tuo literas
ex consiliario officio, ubi mihi significat, nominatum dn.
D. Coccejum Assessorem Supremi Provinciae istius Ducatus.
Electum fore ipsi persona illustris Comes, si sineret fortuna.
Verum ne finio, et tibi tuaeque tuisque omnibus annum hunc instantem
prosperum ac salutarem ex animo precor. Vale. Bremae 13.
Dec. ao 1652.

Devota Charitas

Addictiss.
Jos. Hipstet.

Salvetat illustrissima celeberrimi et clarissimi Dn. Doctoris.

Lectione fabulae Polybium Plutarchi, Josephi, Pausaniae Lat. Athenaeum item et Suidam et Laudes N. Anton. Sabellici tolerabili pretio mihi facere quae, obligabis me tibi sempiterna.

quorum favorem in agnoscenda divina voluntate

Ad modum Rever. et Clariss.
Dno Johanni Coccejo SS. Theol.
Doctori meritissimo in Academia
Leidensi Professori celeberrimo
Fautori et Amico plurimum honorando

Lugduni
Leidae